

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

11. Aues ad cantum & sermonem instructæ

urn:nbn:de:hbz:466:1-45686

scut & flagitosi homines præda intenti, pericula non aſtimant, quibus ob eam exponuntur. 3. Alij non ad vecordiam, ſed ad innocentiam auium hanc ſententiam referunt; vt ſit ſenſus: *fruſtra*, id eſt, gratis, aut ſine culpa atque immerito retia renduntur auibus, cum neminem laſerint, nulli injuriā irrogārint. Quo pacto prædones quoq; contra jūs & fas, innocentibus infidias moluntur. 4. Alij ad aues velocissimi volatus, qualeſ ſunt vncumqueſ & rapaces, id trahunt, quibus tanquam noxijs non *fruſtra*, nec immerito laquei ſparguntur, ſed ex cauſa. Quare ſignificantiū ſepruaginta verterunt: *Non fruſtra extenduntur retia pennatis.* Quæ omnia dominium hominis, etiam in volantia conſirmant. Nam S. Greg. ii. 17.
et ſi auium noſnullæ, vt paſſeres, pice, callidiores, diſſiciliūs capiuntur; *Quæq; nimis parent retia, vitat auie, etiam minūs aſtuta; capiuntur tamen, ſi laquei abſcondantur; ſi retia viridi colore grāmini ac herbiſ ſimilia ponantur; ſi illiſib; cantatricib; rami vi- cini viſco illinanteſ; & mille alijs modiſ.* Quid nota teſtimonijs fulcio? Clamant oſcines in caueis, aues altiles in cortiſib;, toti chori in auialijs, capi, vinci, *domari omnem naturam volucrum* posſe. Ardea, Diomedæa auis, tam altè non volat; nec aquila tam longè proſpicit a ſolio Iouis; nec trochilus tam velociter currit per littora; nec tam citò ſe in aquis condit vrinatrix; nec tam cautè diem vitat vluſa; nec tam forti ſe vngula defendit ſtruthio-camelus, Africus, vel Æthiopicus, quin humana induſtria manuque capiatur, teſteturque, *Santius hiſ animal, mentiſq; capacius* Ovid. lib. I. Metam. alte, & quod dominari in catena poſit, hominem eſt.

Capi parum eſt, etiam blandiri, diſcunt, vt paſſer Catulli, & Stellæ columba; quin & artes doceantur; neque ad cantum modò juxta Musicæ leges temperandum, fringilla, chloris, carduelis, lufcinia, paſſer Canarinus, & alia id genus aues; ſed etiam ſturnus, pica, cornicula, coruns, pſittacus ad ipsa verba humana, ſermonemque æmulandum instruuntur. Agrippina Claudij Cæſaris coniux turdum habuit, quem ſi audiffes loquentem, & non vidiffes, hominem putauifſes. Fuit coruns Romæ, qui fermoni affuetus, omnibus matutinis in Roſtra & forum deuolās, Tiberium, Germanicum & Druſum Cæſares nominati, mox tranſeuntem pop. Rom. ſalutabat. Satyricum audiamus.

Moral. c. 19.

XI.

Quis

Perfius in
prologo.

*Quis expediret psittaco suum χαῖρε;
Picāsq; docuit nostra verba conari?
Magister artis ingenijq; largitor
Venter negatas artifex sequi voces.*

Apul. in flo-
rid.

Delicatè auem hanc sermonis æmulam, his verbis descriptam de
Floridorum author. *Psittacus India avus est, guttus illi minimo minu-*
quam columbarum, sed nec color ut columbarum, non enim lacteus,
vel liuidus, vel utrimq; sublateus, aut sparsus est: sed color psittaco vi-
ridis, & intimis plumalis, & extimis palinalis; nisi quòd sola ceruia
distinguitur. Enim uero ceruicula eius circulo minio, velut aurea torqu-
pari fulgoris circumætu cingitur, & coronatur. Rostris prima duritia,
cum in petram quampiam concitus altissimo volatu precipitat, rostris
velut anchorâ, excipit. Sed & capitis eadem duritia, qua rostri. Con-
sermonem nostrum cogitat æmulari, ferrea clavicula caput tundit,
imperium magistri, ut persentificat, hec feraula discenti est. Dicit annu-
statim pullus, usq; ad duos etatis sue annos; dum facile os, uti conforma-
tur, cum tenera lingua, uti connubretur. Senex autem captus, & indi-
cilis est, & obliuiosus, verum ad disciplinam humani sermonis facilior,
psittacus, glande qui vescitur: & cuius in pedibus, ut hominis, quinque
gituli numerantur, non enim omnibus psittacis id insigne, sed illud om-
nibus proprium, quo eis lingualior, quam ceteris avibus, è facilior
verba hominum articulantur, parentiore plectro & palato. Id vero, qua
didicit, ita similiter nobis canit, vel potius eloquitur, ut, vocem si audias
hominem putas: nam quidem si videoas; idem conari, non eloqui. Ve-
rùm enim uero coruus & psittacus nihil aliud, quam quod didic-
runt, pronuntiant. Si conuicia docueris, conuiciabitur: diebus ac nocti-
bus perstreps maledictis. hoc illi carmen est, hanc putat cantionem.
Ubi omnia que didicit maledicta percensuit, denso repetit eandem ca-
tilenam. Si carere conuicio velis; lingua excidenda est, aut quampr-
mùm in sylvas suas remittendus. Vidi, audiuique psittacum ma-
*liora doctum. Nam disertissime canebat: *Santa Maria, ora pro**
nobis. De altero audiui, qui, in Hispania, cum à miluo de fenestra
raperetur in sublime, doctus dudum à nautis S. Thomam Christum
*& Indiæ Apostolum laudare, intra raptoris vngues canens: *Sancti**
**Thoma, ora pro nobis;* illico dimissus, inspectante populo, ostendit*
quantum proficit hominibus inuocatio Sanctorum, quando vel vo-
lucribus vtile fuit, Diuos implorauisse.

Ne